

denominator, ut $\frac{2}{3}$ per $\frac{4}{7}$ facit $\frac{8}{21}$. Item
 $\frac{3}{5}$ per $\frac{4}{11}$ facit $\frac{12}{55}$.

DIVISIO.

Si Denominatores sunt æquales,
numeratorem diuidendi, per diuisoris
numeratorem diuide, ut $\frac{12}{9}$ per $\frac{3}{9}$ fa. 4.
Item $\frac{6}{7}$ per $\frac{5}{7}$ facit $1\frac{1}{5}$.

Si uero denominatores inequales sũt,
numeratorem diuidendi, per denomi-
natorem diuisoris multiplica, Prouenit
numerator, contra denominatorem di-
uidendi, per diuisoris numeratorem
multiplica, producitur denominator
ut $\frac{2}{3}$ per $\frac{3}{4}$ facit $\frac{8}{9}$. Item $\frac{3}{4}$ per $\frac{1}{2}$ proue-
niunt $\frac{6}{4}$ uel $1\frac{1}{2}$, Item $1\frac{2}{3}$ per 4 fiunt $\frac{3}{13}$.

Hic obseruandum, quod quilibet
numerus integer, per suppositionem
unius frangi possit, hoc modo $7\frac{1}{1}$ &c.
Postea procede, quemadmodum cir-
ca omnes species docui.

SECUNDA PARS.

De Regula Proportionum
sive Detri.

Regula